

Heinrich Christian Tielcke

Teste Boëthio, felicitas status est, bonorum omnium aggregatione perfectus ...

Rostochii: Typis Johannis Wepplingii, 1697

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1854976583>

Druck Freier  Zugang





Este Boëthio, *felicitas status est, bonorum omnium aggregatione perfectus.* Frustra sanè, inter hæc
 caduca, eo mortalium spes penetrat. Quid enim hic blandi sine acerbitate, quid nitidi
 sine labe, quid perfecti sine navis? Quis adeo fortunam ambabus complectitur,
 quin sæpius eandem persentiat novercam. Largimur ergo felicitatem, cunctis nume-
 ris absolutam, & cui omnia bona innexa in ferius exulare. Scitè Plautus: *Opinione non
 possessione omnigena felicitas nos beat.* Datur tamen felicitas (ut reticeam alias species) civilis, natu-
 ræ cõmuni consona, suaq; perfectione refulgens. Hæc omnium expetitur votis, calidisq;
 suspiriis. Inde Taubmannus: *Liquidissimè constat & homines in perniciem actos, & in quos natura copiosè bona profudit memoria &
 nomine felicitatis civilis spaviter affici, & omni solertia huic BONO litare.* Est verò felicitatis civilis scaturigo optimum Re-
 gimen. *Concinna enim imperandi ratione, ut differit Cicero, quæ nunquam sine divino afflatu existit, semper Respublica feliciter efflorescit.*
 Quemadmodum ex corde & capite in corpoream molem deferuntur spiritus, qui motus concient, organa
 instruunt, & miram virium vitalium permixtionē suggerunt, ita faustus est Sacratæ Capitis in politicum cor-
 pus influxus. Certa contestataq; stat sententia irritò conamine subditos ad felicia adspirare, si deest felicissimè
 accommodatum Præsidium. Unde verò ejusmodi Præsidium, nisi à Principe, Qui ad omnium primum
 Monarcham, tanquam ad archetypum propius accedit. Talis est VIRTUOSUS ILLE, Cujus nutu nunc
 omnes regimur feliciter. Cogitetis C: O. modernæ tempora; Cogitetis terras nostras. Cogitetis Pro-
 vinciarum Megapolitanarum unicum PRÆSULEM, Cogitetis heroicas virtutes hujus PRINCIPIS,
DN. FRIDERICI WILHELMI, Ducis Regentis totius Megapoleos, Princi-
 pis vetustæ gentis Henetæ, Sverinensis & Raceburgensis, Comitis Sverinensis, Ter-
 rarum Rostochii & Stargardiæ Dynastæ, Academiæ Rostochiensis Patroni, & Cancel-
 larii Magnificentissimi, Domini nostri Clementissimi. Altiùs volvatis & revolvatis feli-
 ciorem Ducatum Mecklenburgicorum Consolidationem. Parent urbes, Parent oppida, Parent Vici
 ac pagi uni PRINCIPI, PRINCIPI pio, Justo, prudenti, Forti. Verbo: Augusto, En Magnum
FRIDERICUM WILHELMUM, Religionis Orthodoxæ fulcimentum, Literarum præsidium,
 Justitiæ theatrum, afflictorum asylum, à Quo nullus unquam probus tristior recessit! En Solem
 Mecklenburgicum! En tutelarem nostrum Deum! Longè consultius autumo humillimo silentio ve-
 nerari illa, quæ in divum SERENISSIMI pectus, supra communiorem sortem, Dei indidit gratia, quàm
 lingvæ imparia moliri, maximè, cum hæc quotidiano celebrentur præconio, cumque omnium haud
 dubio colligatur prælagio, Optimū PRINCIPEM nunquã non ex divite virtuosæ suæ copiæ sacra-
 rio prompturum proficua media, quæ vilioris turbæ, in vetitum, extra modestiæ limites, ruentis fastum
 eò redigant, ut pacatè & innoxie vivatur, quæ subditorum, ad obsequii gloriam citato quasi cursu gras-
 lantium, Justa molimina valido communiunt auxilio, quæ res nutantes potenter suffulciant, prostra-
 tas nova sede locent, & oras Megapolis splendide reficiant. Sunt, fateor, in terris Megapolitanis,
 sunt Rostochii, Vah! Non pauci, quorum salus ruinam properat & extrema spe pendet. Multas enim
 cervices innumera premunt, quorum mole & rapido pulsu felicitatis vigor omnimodè brevi marce-
 scet. Hinc contingit audire gemitus, planctus, vocesq; querulas, mœroris gravitate abruptas, & faucibus
 hærentes. Sed omnes cives, omnes incolæ certissima spe pascunt animos, fore, ut orbi Mecklenburgico,
 ut Roseto nostro, ut subditis in profundum ferè submersis felix salutis splendor, sub felicissimo hoc Regi-
 mine affulgeat. *Felicitatem hanc terrarum Mecklenburgicarum, sub Serenissimo* **DN. FRIDERICO WIL-
 HELMO**, *feliciter redunitarum* die 23. Febr. hora ix. matutina, in Auditorio Maximo, inter concentus
 musicos, pluribus loquetur Dominus JOHANNES HENRICUS de SALTERN, Hofsat, LL, Studiosus,
 Qui, longæ serie, Majorum suorum, virtute, & meritis eminentium, natales numerat, & nulli morum ele-
 gantia, & sobriæ literaturæ amore, (quod veritate non invita scribo) secundus existit. Ut hunc Orato-
 rem patulis auribus audiant, ac incolūmitatem Magni PRINCIPIS, totiusq; augustæ Familiæ,
 & sacratæ Aulæ sociatis votis Deo piè commendent, MAGNIFICUM DOMINUM RECTOREM, Utriusq; rei-
 publicæ proceres, & cives Academicos, omnesq; literas callentes ea, quæ fas est officii ratione, invito
HENR. CHRIST. Bieleke/ D. P. P.

Rostochl, Typis JOHANNIS WEPPLINGII, Univerf. Typogr. die 21. Febr. Anno 1697.



Este Boëthio, *felicitas status est, honorum omnium aggregatione perfectus.* Frustra sanè, inter hæc caduca, eo mortalium spes penetrat. Quid enim hic blandi sine acerbitate, quid nitidi sine labe, quid perfecti sine nævis? Qvis adeo fortunam ambabus complectitur, quin sæpius eandem persentiat novercam. Largimur ergo felicitatem, cunctis numeris absolutam, & cui omnia bona innexa in feriùs exulare. Scitè Plautus: *Opinione non possessione omnigena felicitas nos beat.* Datur tamen felicitas (ut reticeam alias species) civilis, naturæ comuni consona, suaq; perfectione refulgens. Hæc omnium expetitur votis, calidisq; suspiriis. Inde Taubmannus: *Liquidissimè constat quod homines in perniciem actos, & in quos natura copiosè bona profudit memoria & nomine felicitatis civilis sæviter affici, & omni solertia huic BONO litare.* Est verò felicitatis civilis scaturigo optimum Regimen. Concinna enim imperandi ratione, ut differit Cicero, *qua nunquam sine divino afflatu existit, semper Respublica feliciter efflorescit.* Quemadmodum ex corde & capite in corpoream molem deferuntur spiritus, qui motus concient, organa instruunt, & miram virium vitalium permixtionè suggerunt, ita faustus est Sacrați Capitis in politicum corpus influxus. Certa contestataq; stat sententia irrito conamine subditos ad felicia adspirare, si deest felicissimè accommodatum Præsidium. Unde verò ejusmodi Præsidium, nisi à Principe, Qui ad omnium primum Monarcham, tanquam ad archetypum propius accedit, Talis est VIRTUOSUS ILLE, Cujus nutu nunc omnes regimur feliciter. Cogitetis C: O. moderna tempora; Cogitetis terras nostras. Cogitetis Provinciarum Megapolitanarum unice

ESULEM, Cogitetis heroicas virtutes hujus PRINCIPIS, DN. FRIDERICI WILHELMI, Ducis Regentis totius Megapoleos, Principis vetustæ gentis Henetæ, Sverinensis & Raceburgensis Comitis Sverinensis, Terrarum Rostochii & Stargardiæ, Academiae Rostochiensis Patroni, & Cancellarii Magnificentissimi, Domini Augustissimi, Altius volvatis & revolvatis feliciorum Ducatum Mecklenburgicorum, Parent urbem, Parent oppida, Parent Viciniam, Parenti, prudenti, Forti, Verbo: Augusto, En Magnum Orthodoxæ fulcimentum, Literarum præsidium, Justitiæ theatrum, afflictorum alylum, à Quo nunquam probus tristior recessit! En Solem Mecklenburgicum! En tutelarem nostrum Deum, cuius consultius autumo humillimo silentio venerari illa, quæ in divum SERENISSIMI pectus, supereminens sortem, Dei indidit gratia, quàm lingvæ imparia moliri, maximè, cum hæc quotidiè conturbentur præconio, cumque omnium haud dubio colligatur prælagio, Optimū PRINCIPEM, non ex divite virtuosa lux copiæ sacrorio prompturum proficua media, quæ vilioris turbæ, in extra modestiæ limites, ruentis fastum eò redigant, ut pacatè & innoxie vivatur, quæ subditorum, sequi gloriam citato quasi cursu grassantium, Justa molimina valido communiant auxilio, quæ, antes potenter suffulciant, prostratas nova sede locent, & oras Megapolis splendide reficiant, fateor, in terris Megapolitanis, sunt Rostochii, Vah! Non pauci, quorum salus ruinam prope extrema spe pendet. Multas enim cervices innumera premunt, quorum mole & rapido pulsu, vigor omnimodè brevi marcescet. Hinc contingit audire gemitus, planctus, vocesq; querulas, gravitate abruptas, & faucibus hærentes. Sed omnes cives, omnes incolæ certissima spe pascunt, ut orbi Mecklenburgico, ut Roseto nostro, ut subditis in profundum ferè submersis felix salus, sub felicissimo hoc Regimine affulgeat. *Felicitatem hanc terrarum Mecklenburgicarum, sub Serenissimo FRIDERICO WILHELMO, feliciter redunitarum die 23. Febr. hora ix. matutina, in Aula Maximo, inter concentus musicos, pluribus loquetur Dominus JOHANNES HENRICUS de SALTERN, Holsatus, LL. Studiosus, Qui, longa serie, Majorum suorum, virtute, & meritis eminentium, natales numerat, & nulli morum elegantia, & sobriæ literaturæ amore, (quod veritate non invita scribo) secundus existit. Ut hunc Oratorem patulis auribus audiant, ac incolumitatem Magni PRINCIPIS, totiusq; augustæ Familiæ, & sacratæ Aulæ sociatis votis Deo piè commendent, MAGNIFICUM DOMINUM RECTOREM, Utriusq; rei publicæ proceres, & cives Academicos, omnesq; literas callentes ea, quæ fas est officii ratione, invito*

HENR. CHRIST. Giesecke/ D. P. P.

Rostochl, Typis JOHANNIS WEPPLINGII, Univers. Typogr. die 21. Febr. Anno 1697.